

Cap. 31. Conferetur Pharaon cum Assyrio.

EZECHIEL. Cap. 32. Iubetur propheta plangere Pharaonem.

gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super Terram Aegypti.
26. Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

CAPUT XXXI.

Sublimitatem regis Pharaonis cum Assur comparat, & utriusque similem predictum interitum.

Eodem ann. 3416. **E**t factum est in anno undecimo, tertio mense, una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua?

3. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes elevatum est cacumen eius.

4. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exalavit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & rivos suos emisit ad universa ligna regionis.

5. Propterea elevata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & elevati sunt rami eius præ aquis multis.

6. Cumque extendisset umbram suam, in ramis eius ficerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus eius generunt omnes bestiae saltuum, & sub umbraculo eius in medio nationum.

7. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas.

8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abies non adæquaverunt

summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradiſi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius.

9. Quoniam speciosum feci eum, & multis, condensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei.

10. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatam suam virentem atque condensam, & elevatum est cor eius in altitudine sua:

11. Tradidi eum in manu fortissimi Gentium, faciens faciet ei: iuxta impietatem eius eici eum.

12. Et succidetur eum alieni, & crudelissimi nationum, & projicent eum super montes, & in cunctis convallisibus corrident rami eius, & confringentur arbusta eius in universis rupibus terra: & recedent de umbraculo eius omnes populi terræ, & relinquunt eum.

13. In ruina eius habitaverunt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt universæ bestiae regionis.

14. Quam ob rem non elevabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam in medio filiorum hominum ad eos, qui descendunt in lacum.

15. Hæc dicit Dominus Deus: In die quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abyssu: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas: contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt.

16. A sonitu ruina eius commovi Gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his, qui descendebant in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia, atque præclara in Libano, universa quæ irrigabantur aquis.

17. Nam & ipsi cum eo descendenter in infernum ad imperfectos gladio: & brachium uniuscuiusque sedebit sub umbraculo eius in medio nationum.

18. Cui assimilatus es ò inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam: in medio incircumcisorum dormies, cum eis, qui imperfecti sunt gladio, ipse est Pharaon, & omnis multitudo eius, dicit Dominus Deus.

CAPUT XXXII.

Pharaon quantumvis sublimis, conterendus est à rege Babylonis: cuius vastatione plurimi reges obstupescunt, pluresque nationes cum eo in abyssum detrahentur.

1. **E**t factum est, duodecimo anno *, * A deportatione Iechoniz. Anno M. 3417. Ant. Chr. 587. in mense duodecimo, in una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum: Leoni Gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari: & ventilabas

cor-

Cap. 32. Iubetur propheta plangere Pharaonem. EZECHIEL.

Cap. 32. Vastatio à rege Babylonis Aegypto ventura.

cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcas flumina earum.

* Supr. 12. 13. & 17. 20. 3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: * Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extra-ham te in fagena mea.

4. Et projiciam te in terram, super faciem agri abjiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias universæ terræ.

5. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tuæ.

6. Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te.

* Isa. 13. 10. 10. 10. 31. Matth. 24. 29. 7. * Et operiam, cùm extinctus fueris, cælum, & nigrescere faciam stellas eius: solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.

8. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cùm cedent vulnérati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9. Et irritabo cor populorum multorum cùm induxero contritionem tuam in Gentibus super terras, quas nescis.

10. Et stupescere faciam super te populos multos: & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cùm volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescerent repente singuli pro anima sua in die ruina tua.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi,

12. in gladiis fortium dejiciam multitudinem tuam: inexpugnabiles omnes Gentes hæ: & vastabunt superbiam Aegypti, & dissipabunt multitudine eius.

13. Et perdam omnia iumenta eius, quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula iumentorum turbabit eas.

14. Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus:

15. cùm dedero Terram Aegypti desolatam: deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego Dominus.

16. Planctus est, & plangent eum: filiæ Gentium plangent eum: super Aegyptum, & super multitudinem eius plangent eum, ait Dominus Deus.

Eodem ann. 3417. 17. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factum est ver-

bum Domini ad me, dicens: 18. Fili hominis cane lugubre super multitudinem Aegypti: & détrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terram ultimam cum his, qui descendunt in lacum.

19. Quod pulchrior es? descendere, & dormi cum incircumcis.

20. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus est, attraxerunt eam, & omnes populos eius.

21. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircumcisi, imperfecti gladio.

22. Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: omnes imperfecti, & qui ceciderunt gladio.

23. Quorum data sunt sepulchra in novissimis laci: & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius: universi imperfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viventium.

24. Ibi Elam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui, omnes hi imperfecti, ruentesque gladio: qui descendunt incircumcisi ad terram ultimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viventium, & portaverunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum.

25. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in universis populis eius: in circuitu eius sepulchrum illius: omnes hi incircumcisi, imperfectique gladio. dederunt enim terrorem suum in terra viventium, & portaverunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum: in medio interfectorum positi sunt.

26. Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchrum illius, omnes hi incircumcisi, imperfectique gladio: qui dederunt formidinem suum in terra viventium.

27. Et non dormient cum fortibus, carentibusque & incircumcisis, qui descendenter ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitis suis, & fuerunt iniquitates eorum in osibus eorum: quia terror fortium facti sunt in terra viventium.

28. Et tu ergo in medio incircumscorum contereris, & dormies cum imperfectis gladio.

29. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum imperfectis gladio: & qui cum incircumcisis dormierunt, & cum his, qui descendunt in lacum.

Aaaa 30. Ibi

Cap. 33. Admonet ut prophetis credant. EZECHIEL. Cap. 33. In iustitia & peccata anteacti temporis.

30. Ibi principes Aquilonis omnes, & universi venatores, qui deducti sunt cum imperfectis, paventes, & in sua fortitudine confusi: qui dormierunt incircumcisii cum imperfectis gladio, & portaverunt confusione suam cum his, qui descendunt in lacum.

31. Vedit eos Pharao, & consolatus est super universa multitudine sua, quæ imperfecta est gladio, Pharao, & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus:

32. quia dedi terrorem meum in terra viventium, & dormivit in medio incircumcisorum cum imperfectis gladio: Pharao & omnis multitudo eius: ait Dominus Deus.

C A P U T X X X I I I .

Si speculator visum imminens malum non annunciarerit, reus erit pereuntium: quod si annunciarerit, solus is qui sibi non cavit, reus erit. Iustus quoque si suam deserat iustitiam, damnabitur; & impius si convertatur, salvabitur. Nec confidant de terra sibi data in possessionem, quoniam propter suas iniquitates perderunt, & terra in solitudinem redigetur.

1. E T factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem:

3. & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit bùccinà, & annunciarerit populo:

4. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum bùccinæ, & non se observaverit, veneritque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit.

5. Sonum bùccinæ audivit, & non se observavit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam salvabit.

6. Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit bùccinà: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.

* Supr. 3. 7. * Et tu Fili hominis, speculatorum dedi te domui Israël: audiens ergo ex ore

meo sermonem, annuncias eis ex me.

8. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus ut se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

9. Si autem annunciant te ad impium ut à viis suis convertatur, non fuerit conversus à via sua: ipse in iniquitate sua morietur: porro tu animam tuam libertati.

10. Tu ergo fili hominis dic ad domum Israël: Sic locuti es, dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo vivere poterimus?

11. * Dic ad eos: Vivo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat.

Convertimini, convertimini à viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Israël?

12. Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccaverit: & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit vivere in iustitia sua, in quacumque die peccaverit.

13. Etiam si dixeris iusto quod vitâ vivat, & consilus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiae eius oblivioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.

14. Si autem dixeris impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam,

15. & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam iniustum: vitâ vivet, & non morietur.

16. Omnia peccata eius, quæ peccavit, non imputabuntur ei: iudicium, & iustitiam fecit, vitâ vivet.

17. Et dixerunt filii populi tui: Non est æqui ponderis via Domini, & ipsorum via iniulta est.

18. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis.

19. Et cùm recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium, & iustitiam, * Supr. 18.

20. * Et dicitis: Non est recta via Domini. Unumquemque iuxta vias suas iudicabo de vobis, domus Israël.

21. Et factum est in duodecimo anno,

in

Cap. 33. Excidiū Ierusalem factum nunciatur. EZECHIEL. Cap. 34. In pastores seipso amantes.

in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: Vastata est civitas.

22. Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret qui fugerat: aperuitque os meum donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non filii amplius.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

24. Fili hominis, qui habitant in ruinis his super humum Israël, loquentes aiunt: Unus erat Abraham, & hereditate possedit terram: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem.

25. Idcirco dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros levatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis: numquid terram hereditate possidebitis?

26. Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & unusquisque uxorem proximi sui polluit: & terram hereditate possidebitis?

27. Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Vivo ego, quia qui in ruinis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad devorandum: qui autem in præsidiis, & speluncis sunt, peste morientur.

28. Et dabo terram in solitudinem, & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius: & desolabuntur montes Israël, eò quod nullus sit qui per eos transeat.

29. Et sciens quia ego Dominus, cùm dedero terram eorum desolatam, & desertam propter universas abominationes suas, quas operati sunt.

30. Et tu fili hominis: filii populi tui, qui loquantur de te iuxta muros, & in ostiis domorum, & dicunt unus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: Venite, & audiamus quis sit sermo egrediens à Domino.

31. Et veniunt ad te, quasi si ingrediantur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & avaritiam suam sequitur eorum.

32. Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi, dulcique sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

33. Et cùm venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc sciens quod prophetas fuerit inter eos.

C A P U T X X X I V .

Ex manibus pastorum, qui neglegunt grege, tantum quæ sua sunt querunt, dicit Dominus se oves suas liberaturum: quodque eas in Iudicio pascet, suscitatur super eas servum suum David, sub quo in omni terra ubertate securè pascantur: ostenditque gregem suum esse populum Israël, & se Deum ipsorum.

1. E T factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis propheta de pastoribus Israël: propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dominus Deus: * Væ pastoribus Israël, qui pascant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? * Ter. 2, 1. Sup. 13, 3.

3. Lac comedebatis, & lanis operiebanti, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.

4. Quod infirmum fuit non consolidatus, & quod ægrotum non sanatus, quod confractum est non alligatus, & quod abiectum est non reduxisti, & quod perierat non quæstisti: sed cum austerritate imperabatis eis, & cum potentia.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quod non esset pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelsō: & super omnem faciem terra dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret.

7. Propterea pastores audite verbum Domini:

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eò quod non esset pastor (neque enim quæserunt pastores mei gregem meum:) sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant:

9. propterea pastores audite verbum Domini:

10. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum: & non erit ultra eis in escam.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas.

FER. 2.
P O S T
D O M. 1.
QUADR.

Aaaa 2 12. Si-